

---

BOLETÍN DEL CLERO  
DEL  
OBISPADO DE LEON

---


LETRAS APOSTÓLICAS

CON MOTIVO DEL CENTENARIO DE LA TRASLACIÓN DE LA  
CASA DE LOTERO

---

LEO PP. XIII

*Universis Christifidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem ad Apostolicam Benedictionem. Felix Nazarethana Domus, in qua designatam Dei Matrem Angelo salutante, Verbum caro factum est, inter sacerrima christianae fidei monumenta habetur merito et colitur, idque complura illustrent Decessorum diplomata et acta, munera et privilegia. Quae, uti testantur Ecclesiae fasti, simul ac in Italiam ad Picentes benignissimo Dei consilio, mire translata est atque in collibus Lauretanis ad venerandum patuit, in se continuo pia omnium vota et studia converit tenuitque saeculorum decursu incensa. Commemorabile, quamfrequentibus undique magnificaeque peregrinationes sint eo locodeductae; quam splendide inaedificata ibidem Basilica, ornamentis artium sacrique cultus dignitate pernobilis; quam fauste circum, altera velut Nazareth, urbs*



nova in Virginis tutela succreverit. Auxerunt religionem loci et adeuntium aluere fiduciam plurima eaque per magna publice ac privatim beneficia, quibus inde, tamquam ex perenni fonte, profusis, invocatum Mariae nomen ita Deus extollere consuevit, ut ibi quam praeclarissime eveniat de ipsa oraculum: *Beatam me dicent omnes generationes*. Quorum menor gratia beneficiorum, a summisaeque ac ab infimis industria amoris multiplici declarata, videre et laetari licent ut in coronam gloriae capiti eius pulcherrimam quotidie efflorescat. Nobis autem, qui iampridem, in alma ipsa Domo venerabundi, divinae Matris sensibus beneficia, nuc eo vel gratius accidit, quod consilio praecipue in navitate egregie Venerabilis Fratis Episcopi Recinetensis et Lauretani, alacritas quaedam animis late incessit, ad sollemnia singularia in decembrem proximum appa-  
 randa, sexto nimirum excedente saeculo, quam thesaurus ille in sinu Ecclesiae depositus auspiciatissime est. Compertum sane habemus de propositis operibusque propterea initis iamque munifica aemulatione provectis, eo praesertim ut Basilicae decor pristinus renovetur, amplificetur. Quibus Nos et adsimilibus rerum coeptis eorumque fautoribus laudem meritam imper-  
 tientes, occasionem libenter capimus, ut religionem fidelium erga terrestre Familiae Sacrae domicilium peractaque in eo mysteria impensius excitemus. Intelligant omnes, Itali in primis, quale illud a Deo sit donum, et quantâ, sive providentia ab indigno dominatu ereptum, sive caritatis significatione ipsi oblantum. In ea namque beatissima sede initia humanae salutis didicata sunt, magno et admirabili mysterio Dei hominis facti, reconciliantis genus perditum Patri et instaurantis omnia: quod quidem bonitatis tantae laetitiaeque mysterium materna Ecclesiae cura ter quotidie rite admonet recolendu. In eiusdem tenuitate recessus illa domesticae vitae et coniunctionis exempla, spectaculum angelis, florere, ad quae familias omnes revocare et componere haud semel Nosmetipsi, Conso-  
 ciatione quoque in eam rem instituta, studuimus. Ex eo ipso augustiore sacrario ingens divinae gratiae copia et vis sancti-  
 moniae in Ecclesiam profluxit; ibique insignis Caelitum numerus virtutis eximiae flammâs vel conceperunt primitus vel ad excellentiora acuerunt. Quod igitur religiosissimis patribus

extitit fidei decus et adiumentum, desiderium pietatis et gaudium, praesidium, optimum divinae exorandae misericordiae, maneat, ipsum aetati nostrae; maxime quum inclinatis omnibus perturbatisque rebus, nusquam ei nisi a religione, quaeri possit firmamentum certum et allevatio. Per sacra vero saecularia Lauretana, quae incidunt opportuna, fideles universi, et suae ipsorum pietati et cohortationi Nostrae obtemperantes, gratiam animorum laetitiam et summam spem Christo Domino sanctissimaeque Matri et Custodi providentissimo quibus possint modis probare contendant; in quo omnibus Italos antecellere aequissimum est. Ita optato fiat, ut singularis pietatis suae singularia emolumenta et sibi suisque percipiant, et quod potissime expetendum, impetrent Ecclesiae, temporibus conflictatae tam asperis. Iamvero Nobis, hac etiam de causa, et peculiari celebritate rei considerata, visum est rogationem eiusdem Venerabilis Fratris admittere, ut saecularia ipsa solemnia muneribus sacrae indulgentiae augeamus extra ordinem et decoremus.—Itaque de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, firmis integrisque manentibus privilegiis et gratiis a Decessoribus Nostris Basilicae Lauretanae tributis, Nos plenissimam peccatorum omnium indulgentiam et remissionem in forma Iubilaei concedimus iis omnibus Christifidelibus, qui intra spatium temporis quod est a dominica prima sacris Adventus huiusce anni ad dominicam inclusive Sanctissimae Trinitatis anni proximi, haec quae infra scripta sunt perfecerint. Basilicam Lauretanam ter adeant, vel diebus distinctis vel uno eodemque die, ibique aliquandiu pro libertate et exaltatione sanctae Matris Ecclesiae, pro pace et unitate populi christiani, pro conversione peccatorum pias ad Deum preces, secundum mentem Nostram, effundant; iidem uno die esurialibus tantum cibis utentes ieiunent, praeter dies ieiunio simili ex praecepto Ecclesiae consecratos; praeterea peccata sua rite confessi sanctissimum Eucharistia Sacramentum suscipiant, atque eleemosynae nomine in pium aliquod opus quidquam conferant. Quam indulgentiam etiam animabus, quae Deo in caritate coniunctae ex hac vita migraverint, per modum suffragii applicare posse tribuimus. Incolis autem utriusque dioecesis Lauretanae et Recinetensis, quicum-

que sint, qui iusta aliqua causa impediuntur quominus iniuncta opera vel eorum aliqua praestent, indulgemus ut ea Confessarii in alia pietatis opera commutent. Iis vero qui adveniant peregre, idest a regionibus extra utramque ipsam dioecesim, indulgemus ut praescriptum ieiunium eadem suppleat peregrinatio. Facimus etiam potestatem Confessariis dispensandi super Communionem cum pueris nondum ad eam admissis. Insuper Confessariis omnibus legitime approbatis, in utraque tantum memorata dioecesi, hoc durante tempore et ad affectum Iubilaei lucrandi omnes illas facultates largimus quas tribuimus per litteras Apostolicas *Pontifices maximi*, datas die XV mensis Februarii an. MDCCCLXXIX. iis tamen omnibus exceptis, quae in eisdem litteris excepta sunt. Denique in spiritualem utilitatem universorum Christifidelium, eo ipso dumtaxat temporis spatio, concedimus omnibus et singulis, qui Litanias *Laurentanas* pie recitaverint, indulgentiam septennii semel in die; plenariam vero iis, qui easdem pie recitaverint quotidie per mensem, modo sit rite confessi et sacra Communionem refecti ceterisque de more conditionibus expletis: item concesso, ut haec quoque indulgentiae in sufragium cedant animabus purgatorio igni addictis. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus adhibeatur fides quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die XXIII Ianuarii anno MDCCCXCIV Pontificatus Nostri XVI.—  
PRO DOMINO CARDINALI SERAFINI.—NICOLAUS MARINI SUBSTITUTUS.



COLLATIONES MORALES PRO MENSE MAJI.

1.<sup>a</sup>

Exponatur doctrina de censurae nomine, natura, divisione, conditionibus ac de iis qui censuras inferre possunt.

*Casus.*

Gasparus Episcopus, prohibuit sub poena excommunicationis Clero suo lusum chartarum in publicis diversoriis. Albinus et Cyrillos, sacerdotes, per aliam dioecesim iter agentes, hujusmodi ludo vacant. Albimus advertens adversarium contra leges lusus fraudulenter agere, ex subito irae moto ei alapam impingit. Cyrillus, injuriam non fereus, statim Albinum repercutit.

*Quaestio liturgica*

Quando exequiae fieri possint et debeant?

2.<sup>a</sup>

Exponatur doctrina de censurae subjecto, materia ac de solemnitatibus in censura ferenda et causis excusantibus.

*Casus.*

Gratianus, Parochus, ob quod dam delictum, ab officio, ordine et etiam a beneficio ab Episcopo suspensus fuit. Eadem antem die qua suspensionis decretum accepit, ad infantem baptizandum advocatus est; quod et fecit. Die vero sequenti Sacrum fecit. Postea perrexit ad aliam dioecesim, ubi pluries celebravit.

*Quaestio liturgica.*

Quomodo exequiae fiant in minoribus ecclesiis.

Dicatur de singulis censurae speciebus et de unius cujusque effectibus.

*Casus.*

Marinus, Parochus, aliqua excommunicatione obstritus, et criminis poenitens, cupit Sacramento Poenitentiae conscientiam abstergere; sed, deficiente confessarii copia, voti compos fieri nequit. Interea ad administranda Sacramenta, tum mulieri puerperae, tum genitae proli advocatur. Magna angitur perplexitate. Quid faciet? Pergit tamen, quia absque famae periculo impedimentum quo ligatur patefacere non potest. Sed postea apud Theologos inquiri, utrum valide et licite agerit.

*Quaestio liturgica.*

Quomodo exequiae fiant absente corpore.

4.<sup>a</sup>

Dicatur modis quibus censurae delentur.

*Casus.*

Sidonius, simplex sacerdos, ad moribundi confessionem excipiendam vocatus, eum variis censuris innodatum reperit: nempe, ratione duelli; percussionis Clericorum, necnon nominis sectae masonicae dati. Nescit Confessarius an sit recurrendum ad Episcopum, cum sit adhuc possibilis recursus. Tandem absolvit aegrotum cum expressa conditione, ut ipse sistat se coram Episcopo, si a morbo convalescat.

*Quaestio liturgica.*

An exequiae omitti aut differri possint?

An pro pluribus simul fieri possint?



*SUSCRIPCIÓN abierta en el Obispado de León para atender á las apremiantes necesidades de la Santa Sede.*

	<i>Rs. Cs.</i>
<i>Suma anterior</i> .....	9465 »
El Párroco de Gete.....	16 »
Los feligreses de id., según lista.....	19 »
<p>Fulgencio Diez 3 rs. Juan González 1. Lorenzo Llamas 1. Ramón González 0,80. Martina Diez 0,80. Matea González 1. Salvador Diez 1. Baltasara Fernández 0,60. Joaquín Diez 2. Isidro González 1. Matías Diez 1. Manuel Fernández 1. Antonio Diez 0,40. Isidora Diez 1. Gregoria Suárez 0,60. Manuel González 0,80. Santiago Diez 1. Saturnino Diez 1.</p>	
El Párroco y algunos feligreses de S. Nicolás del Real Camino, según lista.....	47 »
<p>El Párroco D. Joaquín Diaz 20 rs. Marcelo Alcalde 1. Andrés Fernández 4. María Iglesias 4. Feliciano Dominguez 4. Tomás Miguel 2. Patricio Borge 2. José Celada 8. Blas Antolinez 1. Joaquín Borge 1.</p>	
El Párroco y feligreses de Santervás de la Vega, según lista.....	120 »
<p>D. Lorenzo Mancebo 20 rs. Leopoldo Mancebo 1. Pelegrina Herrero 1. Valentín G. Fernández 1. Fausta Tarilonte 1. Isaac García 0,20. Segismundo García 0,20. Orestes García 0,20. Eugenio Alaez 1. Saturnino Prado 4. Miguel Fernández 1. Miguel Maeso 1. María González 0,20. Cristina Miguel 4. Luis Rios 0,60. Valentín Alvarez 1,20. Tomás Salas 0,20. Josefa Pérez, 1,60. Segundo Merino 0,40. Pascual Fernández, 0,80. Eugenia Alaez 0,40. Dorotea Salas 0,20. Pascuala Tegerina 0,20. Nicolás Cófreces 0,40. Francisco Montes 0,80. Norberto Tarilonte 4. Celestino Tarilonte 0,80. Alvaro Fernández 1. Pascual Montes 0,40. Faustino Rojo 0,80. Fausto de Prado 4. Angel García 1. Regino Novoa 1. Blas Tarilonte 1. María Ramos 2. Filiberta Gómez 1. Domingo Fernández 4. Isidro Vela 0,40. Justo de Prado 0,40. Venancio Vega 0,40. Felix Pérez 2. Antonio García 1. Modesto Levas 1. Timoteo Poza 1. Maranto de Prado 1. Felipe Cuesta 1. José Laso 0,28. Valentín G. Heras 1. Benito Aparicio 0,20. Justo Martíu 0,60. Mariano Pérez 0,40. Daniel Laso 0,80. Apolinar Valle 0,80. Maximo Luis 0,40. Marceliano Gregorio 0,40. Ildefonso Fernández 0,80. Teresa Aldavin 1. Victoriano Vela 0,40. Victor Maeso 0,80. Felipe Andrés 0,80. Victoria Lerones 0,40. Roman Fernández 0,40. Eulalia García 0,40. Felix Lerones 0,40. Calisto Fernández 1. Juliana Gómez 0,40. Braulio Tarilonte 0,80. Bernarda Prado 0,40. Fernando Martín 1. Antolín Herrero 0,40. Urbano Andrés 1,20. Casimiro Fernández 2. Clotilde Delgado 1. Jerónimo Laso 4. Cesáreo Luis 1. Jerónimo Liqueste 1. Esteban de Gregorio 1. Julián Herrero 1. Gregorio García 1. Bruna García 1. Máximo Maeso 3. Alejandro Delgado 1. Ricardo Andrés 0,40. Gabriel Sastre 4. Vitorio Balbuena 1. Martín Balbuena 1. Gabriel Laso 2. Mauricio Cófreces 1. Bernardino Marcos 1. Emeterio Laso 1,20. Segundo Sastre 0,80. Victor Franco 1. Casimiro Sánchez 0,60.</p>	

El Arcipreste y Párroco de Villaluenga.....	40 »
El Párroco y feligreses de Villarrobejo, según lista.....	457 80
<p>El Párroco de Villarrobejo 400 rs. Mateo Fernández 4. Nicolás Fernández 1. Nicanora Romo 1,20. Pedro Maeso 1. Tomás Pérez 1. Bonifacio Vallejo 1,20. Melchor Fernández 1. Cayo Fernández 1. Caya Fernández 4. Mariano Pérez Fernández 1,20. Miguel Prado 0,40. Francisco Prado 1. Fidel Fernández 1. Mariano Canduela 0,80. Valentina Escudero 0,40. Eleuterio Martínez 2. Juan Fernández García 4. Genaro Delgado 0,80. Francisco Romo 3. Bonifacio Santos 1. Julián Poza 2. José Aparicio 2. Gregorio Fernández 1. Mariano Pérez 0,80. Domingo Montes 1,20. Pio Hospital 0,40. Pantaleón Tarilonte 4. Saturnino Martín 0,80. Pedro Santos 1. Mauricio Martín 1. Camilo Montes 0,60. Facundo Bueno 1. Andrés Fernández 0,80. Eugenia García 1,60. Pedro Monzón 0,40. Juan Martín 2. Leandro Alaiz 1,20. Manuel Maldonado 1. Francisco Gutiérrez 0,80. Luisa Franco 0,80. Braulio Fernández 0,80. Gabriel Puebla 0,80. Santos Bueno 0,80.</p>	
El Párroco y feligreses de Pedrún.....	100 60
El Párroco de S. Pedro de Fuentes de Ropel.....	12 »
El Párroco y Feligreses de La Mata de Curueño, según lista.....	43 40
<p>El Párroco 20 rs. Felipe Fernández 4. Agustín Boñar 2. Tomás Robles 0,80. María Evia 0,40. Mauro Alvarez 0,80. Bárbara Holgado 1,60. Petra de Robles 0,40. Jerónima Tascón 0,60. Ignacio Alvarez 0,40. Manuel de Castro 2. José de Castro 0,60. Ruperto Bayón 0,80. Faustino Alvarez 1. Claudio Bayón 0,60. José Sierra 2. Josefa Alvarez 2. Sinforosa García 0,40. Joaquín Morán 1. Joaquín García 1.</p>	
D. Juan Herrero.....	40 »
El Arcipreste y Parroco de Villalón.....	20 »
Su hermano, Coadjutor.....	8 »
Su hermana.....	4 »
D. Braulio Matas.....	4 »
» Paulino García.....	4 »
El Párroco de S. Pedro de Villalón.....	8 »
El Párroco de Villacid de Campos.....	12 »
El Arcipreste y Párroco de Carbajal de la Legua.....	20 »
D. Antonio Alvarez Miranda.....	100 »
<hr/>	
<i>Suma</i> .....	10540 80